



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 10. De Circumcisione,

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

dita sunt *Sacramenta*, ad nos ipse Ecclesia in corporandos: requiritur quidem in adultis dispositione ut dicitur in *Missa*: **QUORUM FIDES TIBI COGNITA EST ET NOTA DEVOTIO:** Verum efficacia non istis dispositionibus tribui solet, sed Deo, & hoc est quod dicitur ex opere operato.

**Quæst.** 10. Videtur quod Circumcisio contulerit gratiam *Ex opere operato*, cum plerumque illam suscipientes elicere non possent actus fidei, & aliarum virtutum, quibus gratia potuisset illis conferri intuitu meritorum, quod Theologi vocant conferre gratiam *Ex opere operantis*?

**Resp.** Divus Thomas huic difficultati sic D. Th. 3. p. respondet: *Dicendum quod in Circumcisione q. 70. art. 4. conferebatur gratia, aliter tamen quam in in corp.*

*Baptismo: nam in Baptismo confertur gratia ex virtute ipsius Baptismi, quam habet in quantum est instrumentum Passionis Christi jam perfecta. In Circumcisione autem conferebatur gratia, non ex virtute Circumcisionis, sed ex virtute fidei Passionis Christi, cuius signum erat Circumcisio. Ita scilicet quod homo qui accipiebat Circumcisionem, profitebatur se suscipere talem fidem; vel adulterio pro se, vel aliis pro parvulis; unde & Apostolus dicit, Rom. 4. quod Abraham accepit signum Circumcisionis, signaculum justitiae fidei; quia scilicet justitia erat ex fide significata, non ex circumcisione significante.*

**Quæst.** 11. Sacramenta novæ legis conferunt-ne majorem gratiam illa suscipientibus majore cum dispositione?

**Resp.** Utique plus gratiæ conferunt magis dispositis, non solùm gratiæ, quæ datur intuitu solius meriti, & solius dispositionis recipientium, quam Theologi vocant *Ex opere operantis*,